Jahresbericht

über das

Königliche Gymnasium

zu Braunsberg

für das Schuljahr 1883—84

von dem Direktor

Gruchot.

Vorangeht eine Abhandlung des wissenschaftlichen Hülfslehrers Dr. Reiter: Observationes criticae in M. Terenti Varronis de lingua latina libros.

Braunsberg.

Gedruckt bei C. A. Heyne.

1884. Progr. Nr. 3.

BRAU (1884)
1

Observationes criticae in M. Terenti Varronis de lingua latina libros.

Ad emendandos illustrandosque M. Terenti Varronis de lingua latina libros postquam quaestione grammatica quae prodiit Regimonti a. 1882. aliquid si fas est dicere contuli, nunc quae inde ab illo tempore de aliis quibusdam horum librorum locis reperta habeo publici iuris faciam in iisque potissimum illos quos Madvicus quoque tractavit (in Advers. crit. vol. II.) in quaestionem vocabo. Qua re velim mihi contingat, ut alii quoque ad pervolvendos hos eruditissimi Romanorum libros excitentur et sive socii sive adversarii mihi existant: solus enim in aridissimis his rebus versari et tamquam in solitudine incedere videor.

Initium disputationis capiam ab loco qui est libri VI. § 24. p. 206[1]), quem locum codex Florentinus exhibet sic: „Dies Septimontium nominatus ab his septem montibus, in quis sita Urbs est: feriae non populi sed montanorum modo ut Paganalibus qui sunt alicuius pagi". Ac mihi quidem recte videntur multi et veteres et nostri horum librorum interpretes editoresque offendisse in verbo quod est „Paganalibus". Quamquam illi quomodo locum sanari velint omitto (apud Spengelium videre licet); nostrae aetatis viri proposuerunt Savignius „Paganalia eorum qui", Muellerus „Paganalia qui", Madvicus „Paganalia iis qui". Ego ad codicis lectionem propius me accedere puto hac mea coniectura: „Paganalia ab his qui", qua eadem lectione et sensum huius loci et dictionis Varronianae usum assecutus esse mihi videor.

VI. § 97. p. 278. in codice F. legimus haec: „deinceps in proxumo de poeticis verborum originibus scribere in —", quod initium esse verbi, „incipiam" Grothius non male coniecit. Ego vero in verbo quod est „poeticis" neminem adhuc offendisse sane miror: scribendum esse aut „poeticorum" aut quod mihi placet „poetices" persuasum habeo. Idem verbum adhibuit noster VII. § 2. p. 282; alterum eiusdem terminationis exemplum est „etymologice", de quo vide Grothium l. c. p. 46. n. 280.

---

[1]) Editiones sequor Leonardi Spengeli et Caroli Odofredi Muelleri nec prorsus neglego novissimam codicis Florentini collationem quam fecit Adolfus Grothius (dissertat. Argentor. a. 1880).

VI. § 82. p. 259. Varro si codicem sequimur, scripsit haec: „Speculator, quem mittimus ante ut respiciat quae volumus“, quae verba usque ad Madvicum omnium consensu recte se habere putata sunt. Is solus „Respectus“ inquit „nihil ad speculatorem, cum praesertim Speculum, Specula, Specillum ad simplex „specio“ a Varrone revocentur. Scr.: „ut res speciat, quas (qua?) volumus“. Quamvis facilis sit traditae lectionis commutatio, quin etiam mutata haec esse vix dici possit, tamen assentiri Madvico magnopere dubito. Totus enim hic locus (quem totum Madvicus describere debuit) verbis constat his: „Hinc Specula; hinc Speculum, quod in eo specimus imaginem. Specula, de quo prospicimus. Speculator quem cet. Hinc qui[1]) oculos inunguimus, quibus specimus, Specillum“. *Veriloquium* igitur vocis quae est specula uno vocabulo „hinc“, quod ad praecedens speciendi verbum pertinet, explicatum habemus; *sensus* vel causa veriloquii, quam saepissime noster statim addit, hoc quidem loco ut quae dilucida sit perque se ipsa intellegatur (est enim „quod de ea specimus“) omitti potuit. Contra postquam viriloquium illud unaque verbi quod est Speculum positum est, iterum noster prius illud vocabulum repetit aptissimeque speculae *notionem* ita explanat, ut speciendi verbum cum praepositione quae est „pro“ compositum adhibeat. Neque aliter id quod sequitur verbum Varro tractasse mihi videtur: neque enim quod etymon habeat ostendere eum velle existimo (de etymo enim constat), sed ut praecedentis Speculae verbi, ita speculatoris quoque *notionem* paucis circumscribere. Quid? Nonne forma quoque enuntiatorum simillima[2]) adducimur, ut inter se ea comparemus atque in hoc ut in illo *notionem*, non veriloquium explicatum expectemus? Quod si ita se habet, in verbo quod traditum est „respiciat“ offendi non debet: immo prospiciendi ac respiciendi verba sibi respondere atque hoc quidem ita intellegendum esse videtur, ut speculatorem diligenter curioseque (nos dicimus „umsichtig“) explorantem, se ipsum igitur metaphorice ut saepe adhibitum ostendat.

VI. § 62 p. 239 in codice est: „Si dico quid scienti[3]) quod det[4]) quod ignoravit trado, hinc Doceo declinatum, vel quod cum docemus ut[5]) dicimus, vel quod qui docentur inducantur[6]) in id quod docentur. Ab eo quod scit ducare[7]) qui est dux aut ductor qui ita inducit ut doceat“.

---

1) „Qui“ iam Muellerus e codicibus qui sunt Havniensis Gothanus Parisinus a in contextu posuit: codicis F. eandem esse lectionem Grothius eruit. Antea legebatur „quo“.

2) Concinnitati Varronem magnopere studere atque enuntiatorum formae similitudine res inter se simillimas exprimere docti sciunt: cfr. Spengel in Actis acad. Monacensis generis philosophici et philologi vol. VII. (1854) p. 458. Vide meas quoque quaestiones grammaticas p. 113.

3) Pro verbo „scienti“, quod corruptum esse apparet, Muellerus scribit „inscienti“, tamen „Fortasse“ inquit „recte Spengelius: „sciens nescienti“.

4) „det“ vocem cum Scioppio muto in „ei“.

5) Sic codex Grothio auctore: scribendum putat (p. 31. n. 164) „indicamus“ vel simile aliquid. Spengel „ut“ voculam delet.

6) Fortasse „inducuntur“.

7) Falso scriptum esse apparet pro „ducere“.

Ea quae modo posui verba „Ab eo — doceat“ Muellerus cum praecedentibus artissime coniungit Spengeliumque in hunc modum distinguentem: „Ab eo quod scit ducere, qui est, Dux aut Ductor, qui ita inducit ut doceat“ recte credo vituperat: „ducere“ inquit, „et dux unde dicatur explicare neque huius loci erat neque verba Varronis eo trahi possunt“. Atque hoc quidem ut dixi Muellerus mihi probat; pessime contra idem vir doctus hunc de quo agimus locum cum iis quae antecedunt inter se cohaerere nullaque distinctione ab iis separari debere diiudicat. Putat igitur illa quae sunt „Ab eo — doceat“ ad alterum Docendi veriloquium, illud quod est a ducendo, pertinere (alterum eiusdem verbi veriloquium Varroni est a dicendo: hoc enim e loco quamvis corrupto elucet, verbum nostro profectum esse videri aut a dicendo aut a ducendo); at nihil ad veriloquium ea afferre atque adeo si ita intellegas vehementer languescere quis non videt? Mihi quidem primum pro certo constat, locum pro se ipsum valere et cum Spengelio ab iis quae praecedunt segregandum esse. Longe aliam de huius loci sententia opinionem protulit Madvicus, qui interpunctione eadem qua Spengelius usus non ut ille hoc loco verbum quod est Dux unde dicatur explicari, sed propter similitudinem id ipsum vocabulum cuius origo notetur omissum esse arbitratur. Scribit enim: „Ab eo, quod scit ducere, qui est dux aut ductor, Doctor, qui ita inducit ut doceat“. In quibus ea quae nihil in se offensionis habent neque ad etymologiam verbi doctoris quidquam faciunt, „qui ita — doceat“, nunc neglegemus etymonque modo huius quod dixi verbi quale sit accuratius disputabimus. Verba igitur quae sunt „Ab eo — ductor“ in hoc aperta sunt quod doctoris nomen a verbo ducendi derivari significant; illa autem quae relative enuntiata sunt „qui est dux aut ductor“ quid sibi velint hoc loco ego non perspicio. Quamquam Madvicus si recte opinor — brevius non modo hoc loco, sed omnino de Varrone disserit [1]) — his ipsis verbis veriloquium illud fulcire eaque prorsus necessaria h. l. putare videtur; vult enim ductoris doctorisque nomina uno quasi vinculo inter se copulare, hoc ut ita dicam ab illo derivare. Stupet haec qui ceteroquin nihil eiusmodi apud nostrum miratur: plenum quidem hunc esse ut Schwegleri verbis utar „an unsinnigen, kindischen, selbst gegen die Anfangsgründe der lateinischen Grammatik verstossenden Etymologieen“ inter omnes constat, at doctoris verbum ab ducendi vel potius ductoris nomine originem trahere Varroni tribuendum non esse videtur. Immo apertum est eum, sensus similitudine adductum, docendi atque ducendi verba inter se comparare, quin etiam etymon illius ab hoc repetere potuisse: doctoris nomen *debuit* a docendi verbo *derivare*, sensum nominis ducendi vel ducis aut ductoris vocabulis circumscribere *licuit*. Vel ob hanc rem Madvici de hoc loco sententiam reiciendam esse arbitror. Accedit quod sermo quoque non mere Varronianus esse videtur: ut rectius dicam, non modo non apud nostrum, sed omnino nusquam in litteris Latinis talem pronominis relativi usum qualem Madvicus

---

[1]) In rebus aridis, inquit, et ad libros quos pauci perlegunt pertinentibus verborum copiae parcendum videtur.

credit invenies. Nos quidem si huius viri coniecturam amplectamur, certe pronominis loco particulas quae sunt „atque ita“ vel alias similes collocatas volumus, ita ut vernacula lingua vertendum sit: „Weil er ducere versteht und so dux oder ductor ist, daher der Name doctor“. — Satis mihi multa contra Madvici de hoc loco sententiam attulisse videor: locus quomodo sanandus sit ego quin ipse dubitem proponere non audeo. Placet autem scribi sic: „Ab eo, qui (ita iam Muellerus) scit docere (ducare F.), est („qui est“ cod.) dux aut ductor qui ita inducit ut doceat“ i. e. daher (weil doceo mit duco zusammenhängt) ist, wer docere versteht, ein dux oder ductor, der so einführt, dass er lehrt (der durch Lehre führt). Varro enim veriloquium respiciens quod modo posuit docendi a verbo ducendi, ut eius mos est, *sensum* illius verbi nunc aptare studet accuratiusque explicat ut bene ad illud convenire videatur [1]). Mutavi autem eam quae tradita est lectionem minus quam ut pluribus mutata defendam oporteat. Confusa quidem relativa inter se pronomina atque adverbia saepissime apud Varronem videre licet (cfr. Mueller. in ed. p. XXIII sqq.), id quod nostro hoc loco eo facilius fieri potuit quod verbis quae sunt „ab eo“ veriloquia introduci solent: quod suspicatus librarius loco „qui“ pronominis particulam quae est „quod“ posuisse videtur. Jam vero „qui“ pronomen quem habet ante „est“ vocabulum loco a me motum esse quis offendat, cum proxime ante postque eadem relativi pronominis forma noster utatur? Denique quod est traditum verbum „ducare“ me commutasse in „docere“ silentio praetermitto.

VI. § 40 p. 219 tradita sunt haec: „Verborum quae tempora adsignificant, ideo locutus difficillimus est *TYMA* quod cet.“ Pro verbo quod est „locutus“ Spengelius et Muellerus Aldum secuti aliosque veteres editores scribunt „locus“, pro „est *TYMA*“ Spengelius e Scioppii sententia „est *ἔτυμα*“, tamen addit „Fortasse *ἔτυμα* omisso „est“, quam de hoc verbo opinionem Muellerus amplectitur „cum ex E ortum sit et structurae noceat“. Madvicus vero „E codicum“ inquit, „scriptura quod in editionibus effectum est: „— ideo locus difficillimus est *ἔτυμα*“ et constructione (verborum etyma est locus difficillimus) et verborum ordine et usu vocabuli „locus“ peccat. Scriptum fuerat ad hanc formam et his, ut opinor, verbis: „Verborum, q. t. a. ideo locatu difficillima sunt *ἔτυμα* quod cet.“ — Quae coniectura in Varronis dictionem plane non quadrat, apud quem neque unquam locandi verbum hoc in usu versatur neque supinum illud in „u“ desinens locum habere videtur: in libris quidem quos de lingua latina deque re rustica a Varrone conscriptos habemus, illius verbi formae exemplum non repperi. Quod contra genuinam lectionem assecutos esse eos existimo qui pro tradita lectione „locutus“ posuerunt „locus“, quod verbum cum eodem quo hic sensu adhibitum praebent loci ut sunt X. §§ 7. 9. 37. „Est“ autem illud quod ante

[1]) Si quis amplexus meam de hoc loco opinionem post verbum quod est „docere“ inserere velit „doctor“, quod verbum facile excidere potuisse apertum est — „Ab eo, qui scit docere, Doctor, est dux“ cet. — inserat licet; atque eo magis hoc commendatur quod verbo ductoris adhibito Varro sensum illius nominis circumscribit.

„*TYMA*“ consistit, equidem inducendum proque eo quod codex habet „locutus“ scribendum esse arbitror „locus est“ — ita ut omnia iam scribi velim sic: „Verborum q. t. a. ideo locus est difficillimus *ἔτυμα* quod cet“.

V § 178 p. 178 ea quae prodita sunt vulgoque sic interpunguntur: „Corollarium, si additum praeterquam quod debitum eius; vocabulum fictum a corollis, quod—.“ Madvici sententia prave divelluntur; „sic enim procedere oratio debet sublato alio facili mendo: „Corollarium st additum praeterquam quod debitum; eius vocabulum fictum a corollis cet“. — Qua re adductus ille vir „si“ particulam corruptam esse putaverit pessimeque pro eo „st“ scripserit, ego non perspicio. Etenim ne sensu careat illud coniectum, verba quae sunt „additum est“ non perfectum generis passivi significare debent — praesens enim postulatur — sed praesens una cum participio coniunctum. Quod qui Varronis genus dicendi cognoverint, hoc loco item alienum esse mihi concedent siquidem Varro in huiusmodi enuntiatis nunquam[1]) participio sed enuntiato utitur eoque vel relativo (e. g. cfr. § 177 p. 177 „Pretium, quod . . constituitur“) vel quod in hac potissimum de pecuniae vocabulis disputatione videmus, condicionali. Quod si ita se habet, praesertim cum e quattuor pecuniae vocabulis quae in § 175 (p. 174. extr.) noster affert, tria enuntiato condicionali definiantur, quartum quoque quod est Corollarium hac eadem enuntiati forma tractandum esse censeo: sic enim vult ut iterum dicam Varronis concinnum genus dicendi, sic summa eius in huiusmodi rebus constantia. Atque eadem hac causa distinctionem quoque verborum a Madvico h. l. factam adducor ut reiciam; nam quae inter se conectit „eius vocabulum“ ea apud nostrum nunquam inter se copulata inveniuntur, immo aut sola per se posita quae sunt „nomen“ „vocabulum“ „verbum“ (cfr. e. g. V §§ 68. 100.) aut coniuncta cum una pronominis relativi forma „quod“: genetivi quales sunt „eius“ „cuius“ nusquam a nostro adhibiti sunt. Unde efficitur ut verba quae dicimus interpunctione disiungamus et „eius“ quidem vocabulum aut cum Spengelio[2]) Muelleroque ad illud quod praecedit

---

[1]) Uno quod sciam enuntiato definitivo participium traditur hoc: „Praeda est ab hostibus capta“ (§ 178 p. 178). Sed ne hoc quidem loco Madvico niti licet, ubi cum praedae notio quid significet Varronem explicare velle apertum sit, illa quae tradita sunt „est capta“ neutiquam recte se habere possunt. Quod sentiens Spengelius interpunctione offensionem tollere studuit hac: „Praeda est, ab hostibus capta quod manu parta, ut parida Praeda“. At duo vir doctus inter se confundit quae per se quodque a nostro ponuntur itaque ponenda esse consentaneum est, veriloquium vocis, rei quae voce exprimitur definitionem. Verbis enim quae sunt „ab hostibus capta“ praedae vocabulum ad rem definiri elucet, quae definitio ut iterum dicam per se sola consistere, non ut secundarium quoddam veriloquio vocis adhaerere debet. Separamus igitur ea quibus veriloquium continetur „quod manu parta — praeda“ ab illis quae relinquuntur atque his manum emendatricem admovendam esse putamus. Quodsi inde a paragrapho huius libri 175. de diversis pecuniae vocabulis disseri cogitamus, facile intellegitur praedae quoque verbum h. l. pecuniam e praeda captam significare. Itaque nos quidem „est“ mutamus in „si“, ex iis autem quae praecedunt subicimus de quo dicatur verbum quod est pecunia; scribimus igitur sic: „Praeda, si ab hostibus capta“ i. e. Praeda vocatur pecunia, si ab hostibus capta est.

[2]) Spengelius quo referat genetivum verbo non dicit; tamen qui aliter atque nos referre possit non video.

„manupretium“ referamus aut Scioppium secuti e vocula „est“ corruptum arbitremus. Nos vero illis assentiri non dubitamus genetivumque casum „eius“ i. e. „manupretii“ a „quod“ pronomine pendentem facimus; denique sententiam loco subicimus hanc: „Corollarium vocatur quod debitum manupretium transit“.

V § 157 p. 156 quae in codice scripta sunt: „Aequimelium, quod aquata (falso pro „aequata“) Meli domus publico, quod regnum occupare voluit is. Locus Ad Busta Gallica, quod Roma recuperata Gallorum ossa qui possederunt urbem, ibi coacervata ac consepta“ vulgo sic interpunguntur ut modo notavi. Madvicus vero „Ridicule“ inquit „ponitur is“; recte sic: „quod regnum occupare voluit. Is locus ad busta Gallica, quod cet. (hoc est, ad busta Gallica, quae ideo appellata sunt, quod cet).“ Ridicule illud pronomen h. l. positum esse ego non sentio, si modo et § 177 p. 177 et VI § 19 p. 201 item in extremo enuntiato consistit sic: „quod hi soli possunt facere recte id“ — „ei deae feriae publicae dies is“. Contra persuasum habeo durissimam nec plane tolerabilem eam quam vult Madvicus esse verborum structuram. Etenim quae sunt verba „dictus“ „appellatus“ alia eiusdem generis constat illa quidem plerumque a Varrone omitti in talibus enuntiatis quale est hoc: „Locus Ad Busta Gallica [dictus], quod . .“; in ea autem quam Madvicus finxit sententia cum verba quae sunt „Busta Gallica“ dupliciter referenda sint, et ab „ad“ praepositione pendentia ad praedicatum quod deest „situs est“ pertineant („Is locus situs est ad Busta Gallica“) et alteri quoque enunciato subiciantur quo unde nomen habeant explicetur („Busta Gallica ab eo appellata quod . .“), in hac dico verborum structura verbum vel „dicta“ vel „ita dicta“ vel si mavis enuntiatum relativum velut „quae ideo ita appellata“ nequaquam omitti, certe omissum esse exemplo demonstrari non potest.[1])

V § 135 p. 137 Spengelius Muellerusque codicem secuti scribunt sic: „Aratrum quod aruit terram eius ferrum. Vomer quod vomit eo plus terram“. Contra Madvicus „Nihil“ inquit „est“ „aruit“; nugae de vomere eo plus terram vomente. Scripserat Varro: „Aratrum, quod arruit terram; eius ferrum vomer, quod vomit eo plus terra“. Et interpunxisse quidem Madvicus recte videtur, siquidem verba „eius ferrum“ ad aratri veriloquium nihil, ad nomen vomeris significandum summopere pertinent. Sed Turnebi quae est coniectura „arruit“, eam Madvicus recipere non debuit: quis enim credat aratri vocabulum derivasse nostrum a ruendi verbo cum „a“ vel „ad“ praepositione composito, cum tamen ab arandi verbo illius originem repetendam esse appareat? Sin vero quis hunc etymologiae gradum, ut quem facile omnes videant verboque commemorari non necessarium ne dicam putidum esse existiment, a Varrone transsiliri potuisse, statim autem arandi verbum quod etymon habeat indicandum fuisse credat, tales a nostro saltus

[1]) Quod exhibet codex „publico“, hoc verbum a Madvico recte in „publice“ mutatum esse existimo: „nam solo aequata domus est non publico, sed publice“. Eandem hanc correcturam invenit Henricus Jordanus in topogr. I, 2 p. 62 n. 63.

nec unquam factos esse nec omnino fieri posse scito. Atque hoc quidem loco illud quod Madvicus vult veriloquium eo minus mihi probatur, quod proxime praecedunt verba haec: „Rutrum ruitrum a ruendo“: ad quae illa quae sunt „Aratrum quod arruit terram“ male conveniunt; certe ut ab eruendi verbo non statim „rapa“, sed vocali epenthetico usus prius „ruapa“ fingit, sic item nostro loco non statim „aratrum“, sed si verum opinor „aruatrum“ ponere debuit.[1]) Itaque Madvici coniecturam „arruit“ nec minus quod traditum est „aruit“ repudiamus legendumque proponimus „arat“. — Iam vero cetera quae Madvicus h. l. mutavit agite deliberemus! Scribit enim: „eius ferrum vomer, quod vomit eo plus terra“ i. e. quod eo eruta et subacta terra plus vomat et ex se edat. „Vomere“ igitur idem valere vult quod „ex se edere“ (sc. fructus), quam ego figuram ne Varroni quidem tribuere audeo. Accedit quod de arando agro, non de eius feracitate h. l. disseritur, itaque Madvici illa scriptura plane aliena ab huius loci sententia iudicanda est. Contra perbene vomendi verbum de aratro dici potest, si quidem ferrum eius in telluris viscera intrat terramque evertit ac profert. Quare haud scio an in hunc modum scribi oporteat: „Aratrum quod arat terram. Eius ferrum Vomer, quod vomit eo plus terrae“ i. e. das Eisen des Pfluges heisst vomer, weil er dadurch mehr Erde vomit.

V § 70 p. 76 quem locum editores vulgo sic distinxerunt: „Ab eo quod ignis propter splendorem fulget, Fulgor[2]) et Fulmen et Fulgur[3]) quod fulmine ictum contrariis diis. Ab aquae lapsu lubrico limpha[4])“ verba quae sunt „contrariis diis“ Madvicus inepte adhaerere contendit. „Scribendum“ inquit „et oratio distinguenda sic: „quod fulmine ictum. In contrariis cet. — — Lympha.[5])“ Atque iterum de distinguendo verborum ordine unus ille vir rectissime iudicasse mihi videtur; verba enim de quibus quaerimus non modo nihil h. l. ad veriloquium valere, sed etiam offensioni esse mihi persuasi. Num vero „in“ particulam Madvicus recte hic interpolaverit dubito: in eiusmodi enim enuntiatis novam quandam disputationis partem indicantibus Varro non „in“, sed „de“ praepositione eaque haud raro ita utitur, „ut substantivum ab illa pendeat proximo enuntiato non coniuncto aut subiuncto.“[6]) Quam ego voculam hoc quoque loco inseri velim, lacunam autem quam post „fulgur“ vocabulum esse nonnulli coniecerunt eo minus nego,

---

1) Hic mihi liceat locum commemorare qui est V. § 136 p. 138 extr. quem Mueller. Scaligerum secutus scribit sic.: „Rastri, quibus dentatis penitus eradunt terram atque eruunt, a quo rutu rastri dicti.“ At quae tradita sunt „a quo ruturbatri“, in iis aliud quoddam latere puto. Num enim credi potest, „rastelli“ vocabulum a „radendo“, „rastri“ Varronem recta via a ruendo derivasse? Fortasse scribendum est: „a quo rutu ut ruastri“: „ut“ quidem particula saepissime hoc in usu versatur.

2) cfr. Groth. pag. 26. Ante eum legebatur: „et Fulgor“...

3) Muellerus Turnebum secutus habet: „et Fulgur et Fulguritum“, quod idem scribit Madvicus.

4) Spengelius scribit „Lympha“ (cfr. De. r. r. I. 1, 6), Muellerus „lympha“.

5) „Ab dis cum igne coniunctis transire se Varro significat ad contrarios cum aqua coniunctos“ (Madv.).

6) cfr. Zahlfeldt, in dissertatione Berolinensi quam inscripsit „Quaestiones criticae in Varronis rerum rusticarum libros tres“ (a. 1881) p. 24. Groth. l. c. p. 27. n. 120.

quod Festus p. 92. vocem quae est „fulguritum“ illis quae sunt „id quod est fulmine ictum“ circumscribit. Sic igitur locum legendum propono: „De contrariis dis:. Ab aquae lapsu lubrico Lympha“.

Atque hic quidem finem libelli faciam: attamen quoniam nullam adhuc earum quas protuli Madvici coniecturarum probare mihi licuit, ne adversaria in viri praestantissimi Adversaria scribere videar, nunc unam illius coniecturam qua ego genuinam Varronis scripturam restitutam esse credo, proponam. Loco enim qui est V § 141 p. 143 codex F. verba tradit haec: „Et oppidum ab opi dictum, quod munitur opis causa ubi sint et quod opus est ad vitam gerendam ubi habeant tuta oppida quod operi muniebant Moenia quo moenitius esset.“ Secernenda esse extrema quae sunt „quo moenitius esset“ cumque iis copulanda quae sequuntur Muellerus et Madvicus recte viderunt: e concinno enim huius eorumque quae sequuntur enuntiata, quibus etyma verborum quae sunt „Moenia“ „Aggeres“ „Moerus“ tractantur, facillime cognoscitur.[1]) Ad aggeris igitur verbi veriloquium illa pertinent sic: „Quo moenitius esset quod exaggerabant. Aggeres dicti“ (i. e. Weil man aufhäufte, wodurch sie geschützter werden sollte, daher der Name Aggeres). Ex iis quae relinquuntur verba, iterum consocianda sunt haec: „Oppida quod operis (ita iam Muellerus) muniebant, moenia“;[2]) quo enuntiato „moenia“ vocabulum quod habeat etymon continetur. Hanc quam nos putamus solam esse rectam verborum structuram, primus invenit Madvicus, quem eundem virum in ordinandis ceteris quae praecedunt verbis, quibus oppidi nomen unde originem trahat exponitur, equidem sequi non dubito. Scribendum igitur proponit: „Et Oppidum ab opi[3]) dictum, quod munitur opis causa ubi sint et, quod opus est ad vitam gerundam, ubi habeant tuto.“

---

[1]) Concinnitatis argumentum ad hos de l. l. libros emendandos non parvi momenti esse supra demonstravimus.

[2]) Ut saepe sic hoc quoque loco verbum quod est „dictus“ omittitur. Tamen Muellerus et Madvicus „dicta“ vocabulum in contextu verborum inserunt codices secuti qui sunt Hauniensis Gothanus Parisinus a.

[3]) „Ablativus casus Opi concinit cum accusativo Opim apud Ovidium“ (Muell.). „Opim“ extabat Met. IX, 498; nunc legitur „opem“.

Hugo Reiter
Dr. phil.

Schulnachrichten.

I. Allgemeine Lehrverfassung.

Prima.

Ordinarius: Der Direktor.

1. **Religionslehre.** a) Katholische: Kirchengeschichte seit Luther. Einiges aus der Apologetik. Wiederholung der Glaubenslehre. Das Evangelium des h. Lukas im Urtext. 2 St. Matern. b) Evangelische: Lektüre des Johannisevangeliums im Grundtext (cap. 1—6); neuere Kirchengeschichte; Wiederholung und Erweiterung des bisher Erlernten. 2 St. Krieger.

2. **Deutsch.** Lektüre: Goethes Torquato Tasso und ausgewählte Stücke aus Wahrheit und Dichtung; Lessings Hamburger Dramaturgie. Disponier- und Vortragsübungen. Aufsätze. Die Elemente der Logik. 3 St. Redner.

3. **Latein.** Cic. div. in Q. Caecil., acc. in C. Verr. IV., Tusc. V; Tac. a. I; Hor. carm. I und II, sat. und ep. mit Auswahl; priv. Sal. Jug., extemporiert Liv. VIII; Exercitien, Extemporalien, Aufsätze. 8 St. Thurau.

4. **Griechisch.** Platon Laches. Thucydid. lib. III. Hom. Il. I—VIII, XIV, XV, XVII, XVIII. Sophocl. Antigone. privatim Xenophon. Cyropaed. Wiederholung der wichtigsten Abschnitte der Grammatik; schriftliche Arbeiten. 6 St. Prill.

5. **Französisch.** Montesquieu Considérations. Molière L'avare. Wiederholung und Erweiterung des grammatischen Pensums; Übersetzen aus Höchsten, schriftliche Übungen. 2 St. Der Direktor.

6. **Hebräisch.** Formenlehre und Syntax nach Vosen. Lektüre: II Sam. 1—11; Exod. 1—3 und 19—20; Gen. 37—41; Ps. 1—7, 20—26 und 51. 2 St. Matern.

7. **Geschichte und Geographie.** Geschichte der neuern Zeit, Wiederholungen aus der Geschichte des Altertums und Mittelalters; Wiederholungen aus der Geographie mit besonderer Berücksichtigung Mitteleuropas. Zuerst Redner, seit November der Direktor.

8. **Mathematik.** Wiederholungen; Kombinationslehre, Reihen höherer Ordnungen, binomischer Lehrsatz; Ergänzungen und Erweiterungen der Planimetrie; Stereometrie. 4 St. Tietz.

9. **Physik.** Akustik, Optik, mathematische Geographie. 2 St. Tietz.

Ober-Sekunda.

Ordinarius: Oberlehrer Thurau.

1. **Religionslehre.** a) Katholische: Die Sittenlehre nach Dubelmann. Die erste Periode der Kirchengeschichte nach Siemers. Erklärung einiger kirchlichen Hymnen. 2 St. Matern. b) Evangelische: Alttestamentl. Bibelkunde im Anschluß an die Lektüre ausgewählter Abschnitte aus den geschichtlichen, poetischen und prophetischen Büchern des A. T.; alte Kirchengeschichte. Wiederholungen. 2 St. Krieger.

2. **Deutsch.** Klassenlektüre: Auswahl von Klopstocks Oden, Goethes Hermann und Dorothea, Schillers Wallenstein; Disponierübungen, mündliche Vorträge; monatlich ein Aufsatz; das Wichtigste aus der Litteraturgeschichte. 2 St. Prill.

3. **Latein.** Cic. pro Mil. und de am., Liv. V; privatim Liv. VI und Sal. Cat.; grammatische Repetitionen, Erweiterung der Syntax und gelegentliche Regeln zur Stilistik; Exercitien, Extemporalien, drei Aufsätze. 6 St. Thurau. — Verg. Aen. V und VI. 2 St. Reiter.

4. **Griechisch.** Herodot. II und III mit Auswahl, Xenoph. Memorab. I und II, grammatische Wiederholungen, Syntax der Tempora und Modi, schriftliche Arbeiten. 5 St. Lindenblatt. Hom. Od. XII—XX. 2 St. Der Direktor.

5. **Französisch.** Tableaux historiques du moyen âge (Göb. XXV), Corneille le Cid. Wiederholungen aus der Grammatik, Übersetzen aus Höchsten, schriftliche Arbeiten. 2 St. Der Direktor.

6. **Hebräisch.** Die Formenlehre nach Vosen. Übersetzung einiger Übungsstücke aus Vosen und einzelner Kapitel aus der Genesis. 2 St. Matern.

7. **Geschichte und Geographie.** Römische Geschichte bis zur Auflösung des weströmischen Reiches. Wiederholung aus den Pensen der vorhergehenden Klassen (besonders der preußischen Geschichte). — Allgemeine (besonders physische) Geographie mit Beispielen aus der speziellen Geographie. 3 St. Dombrowski, von Mitte November der Direktor.

8. **Mathematik.** Wiederholungen; Gleichungen vom zweiten Grade und solche höhere Gleichungen, welche sich auf quadratische zurückführen lassen; Logarithmen, logarithmische Gleichungen; Zinseszinsrechnung, arithmetische und geometrische Reihen, Rentenrechnung; Ähnlichkeit, Ausmessung der geradlinigen Figuren und des Kreises; Trigonometrie bis zur Berechnung des rechtwinkligen und gleichschenkligen Dreiecks einschließlich. 4 St. Tietz.

9. **Physik.** Elektrizität. 2 St. Tietz.

Unter-Sekunda.

Ordinarius: Oberlehrer Dr. Prill.

1. **Religionslehre.** Mit IIA. verbunden.

2. **Deutsch.** Lektüre: Einige kulturhistorische Gedichte und Wilhelm Tell von Schiller; Lessings Minna von Barnhelm und das Nibelungenlied (dieses mit Auswahl). Vortragsübungen. Übungen im Disponieren. Aufsätze. 2 St. Dombrowski.

3. **Latein.** Liv. lib. XXI. Cicer. in Catilin. I (teilweise memoriert), de senectute. Vergil. I und II (100 Verse memoriert); privatim Justin. Wiederholung der Syntax, Übersetzen aus Süpfle, Exercitien, Extemporalien. 8 St. Prill.

4. **Griechisch.** Xenoph. Anab. III und IV, Xenoph. Hellen. I und II mit Auswahl; Wiederholung der Formenlehre; Syntax des Artikels, der Casus, der Pronomina; Exercitien und Extemporalien. 5 St. Thurau. Hom. Od. VI. VII. VIII. IX. II. III. 2 St. Reiter.

5. **Französisch.** Voltaire, Charles XII, roi de Suède (Goeb. XXXVI); Gebrauch und Folge der Zeiten; Konjunktiv, Infinitiv, Particip; Inversion; Partikeln; Übersetzen aus Höchsten; schriftliche Arbeiten. 2 St. Chlebowski.

6. **Hebräisch.** Mit IIA. verbunden.

7. **Geschichte und Geographie.** Alte Geschichte mit Ausschluß der römischen. Wiederholungen aus dem Pensum der Tertia. Alte Geographie im Anschluß an die Geschichte. Geographie der außereuropäischen Erdteile. 3 St. Dombrowski.

8. **Mathematik.** Wiederholungen. Gleichungen des zweiten Grades mit einer Unbekannten. Lehre vom Kreise und von der Gleichheit der Figuren. Geometrische Konstruktionen. 4 St. Mey.

9. **Physik.** Magnetismus; Wärme; Anfangsgründe der Chemie. 2 St. Mey.

Ober-Tertia.

Ordinarius: Oberlehrer Lindenblatt.

1. **Religionslehre.** a) Katholische: Die Lehre vom Werke Christi, vom heil. Geiste, von der Heiligung und Vollendung nach Dubelmann. Das Wichtigste aus der Liturgik. Für die Obertertia außerdem die Wiederholung des Pensums der Untertertia. 2 St. Matern. b) Evangelische: Lektüre der Apostelgeschichte, und im Anschluß daran das Hauptsächlichste über die Ausbreitung und Ausgestaltung der christlichen Kirche der ersten Jahrhunderte, Ordnung des sonntäglichen Gottesdienstes und des Kirchenjahres; das 4. und 5. Hauptstück; Psalmen, Kirchenlieder und Sprüche. 2 St. Krieger.

2. **Deutsch.** Erklärung poetischer und prosaischer Musterstücke aus dem Lesebuche. Vortragsübungen. Wiederholung und Erweiterung der Satz- und Interpunktionslehre. Disponierübungen. Aufsätze (Beschreibungen, Schilderungen, Behandlung von Sprichwörtern). 2 St. Dombrowski.

3. **Latein.** Caes. bell. gall. IV—VII. Wiederholung und Beendigung der Syntax, verbunden mit entsprechenden mündlichen Übersetzungen aus dem Deutschen; schriftliche Arbeiten. 8 St. Lindenblatt.

4. **Griechisch.** Xenoph. Anab. lib. I von cap. 6 ab, II und III. Wiederholung der frühern grammatischen Pensa; die unregelmäßigen Verba; mündliche Übersetzung aus dem Deutschen; schriftliche Arbeiten. 7 St. Lindenblatt.

5. **Französisch.** Aladdin par Galland. (Goeb. VI). Wiederholung und Beendigung der Formenlehre; schriftliche Arbeiten. 2 St. Prill.

6. **Geschichte und Geographie.** Deutsche Geschichte der Neuzeit bis 1871. Brandenburgisch-preußische Geschichte. Wiederholung des Pensums der IIIB. 2 St. Geographie von Mitteleuropa. 1 St. Dombrowski.

7. **Mathematik.** Kongruenz der Dreiecke, Lehre vom Viereck; Potenzen mit ganzen und gebrochenen, positiven und negativen Exponenten; Ausziehen der Quadrat- und Kubikwurzel; Gleichungen vom ersten Grade mit einer Unbekannten. 3 St. Tietz.

8. **Naturbeschreibung.** Im Sommer Botanik. 2 St. Schacht. Von Michaeli bis Weihnachten Vögel. 2 St. Mey. Seit Neujahr Mineralogie. Dombrowski.

Unter-Tertia.

Ordinarius der ersten Abteilung: Gymnasiallehrer Chlebowski.

Ordinarius der zweiten Abteilung: Wissenschaftlicher Hülfslehrer Dr. Reiter.

1. **Religionslehre.** Mit IIIA verbunden.

2. **Deutsch.** Erklärung poetischer und prosaischer Musterstücke aus dem Lesebuch; Wiederholung und zusammenfassende Übersicht der Satzlehre; Vortragsübungen; Disponierübungen; Aufsätze. 2 St. Coet. A. Dombrowski, Coet. B. Klein.

3. **Latein.** Caes. bell. gall. I—III; Wiederholung der Casuslehre; Tempora und Modi; mündliches Übersetzen aus dem Deutschen; schriftliche Arbeiten. 7 St. Coet. A. Chlebowski. Coet. B. Reiter. Ovid. Metamorph. I—III (mit Auswahl). 2 St. Reiter.

4. **Griechisch.** Die regelmäßige Formenlehre bis zum Verb. auf μι; Jacobs Lesebuch; Übersetzen aus dem Deutschen; schriftliche Arbeiten. 7 St. Coet. A. Chlebowski. Coet. B. Klein.

5. **Französisch.** Fénelon, Télémaque (Goeb. XLV); Wiederholung der früheren grammatischen Pensen, bes. der unregelmäßigen Verba; Übersetzen aus Höchsten; schriftliche Arbeiten. 2 St. Coet. A. Chlebowski. Coet. B. Matern.

